

ecclesia ab omnibus qui christiano nomine gloriantur, & christo genuerat per baptismum, precipuerito ¹⁾ honoranda, specialius tamen ab hiis qui ab ipsius sponso immortalis plus gratie consecuti sunt & honoris. Recognoscentes nos igitur habere omnia que habemus ab unigenito dei filio ihesu christo qui dat omnibus affluenter, cuius gratia uiuimus, beneficio sustentamur, cuius etiam sanguine redempti sumus, Domui sue, matri nostre, & metropoli Regni vpsalensi videlicet Ecclesie mansionem strøm cum bonis omnibus mobilibus & immobilibus eidem attinentibus. absque exceptione qualibet. Mansionemque nostram Giristir & predia. que in methalbu possidebamus. & mansionem nostram skieggister cum agris, pratis, piscariis & siluis, aliisque omnibus mobilibus & immobilibus eisdem mansionibus attinentibus, plene, integre & absolute de karissimi fratris nostri Erics beneplacito & consensu, in presentia venerabilis patris nostri domini. F. archiepiscopi vpsalensis, & Reuerendorum dominorum, skarensis, lincopensis, strengenensis, arosiensis, aboensis episcoporum contulimus perpetuo possidendas. & hoc uobis presentibus declaramus, volentes modis omnibus vt premissa donacio canonie attineat perpetuo, quam in ecclesia creauimus vpsalensi. In cuius donacionis perpetuam firmitatem presentem litteram sigillo nostro, & venerabilis patris nostri Domini. F. Archiepiscopi & Reuerendorum dominorum episcoporum eius suffraganeorum, & amantissimi fratris nostri. E. sigillis reliquimus consignatam. Actum & datum vpsalie anno domini. M^o.CC^o.LXXV. *) XI. Kalend. augusti.

Kongl. Sigillet skadadt, de andre 7 äro bortfallne.

597.

1275 d. 22 Jul.

Upsala.

Gåfvobref på Säby till Upsala Domkyrka.

B. 2: 96.

Omnibus presentes litteras inspecturis B. dei gratia. b. ducis filius salutem in domino noueritis quod sex oras terre in seby cum omnibus sibi attinentibus ecclesie contulimus vpsalensi perpetuo possidendas de illustris fratris nostri domini M ducis beneplacito & consensu in cuius donacionis firmitatem presentem litteram, sigillis reuerendj patris nostri domini F. archiepiscopi vpsalensis & illustris domini M ducis swecie fratris nostri carissimi & nostro duximus roborandum datum vpsalie anno domini M^o.CC^o.LXXV XI Kal. augusti.

¹⁾ precii merito.

^{*)} I B. 2: 97. finnes äfven en afskrift af detta bref, men med årtalet 1276 (M.CC.LXXVI), hvilken har ofvanstående olikhet.